

Heinrich Rahn

**Rector Universitatis Rostochiensis Henricus Rahne/ I. D. & Prof. Ord. Ad  
Exsequias, Quas ... Dn. M. Matthias vom Lohe/ ad Catharinae Pastor bene merens  
Filio suo unico Friderico paratas cupid; Omnes omnium ordinum Cives  
Academicos sedulo invitat**

Rostochii: Kilius, 1646

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn770976468>

Druck    Freier  Zugang



Rahne, H.

in

F. M. v. Lohé.

Rostock. 1646.

46







Universitäts  
Bibliothek  
Rostock


[http://purl.uni-rostock.de  
/rosdok/ppn770976468/phys\\_0004](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn770976468/phys_0004)

DFG


674.

LECTOR  
UNIVERSITATIS ROSTOCHIENSIS  
**HENRICUS Rahne / J. D**  
& Prof. Ord.  
*AD EXSEQUIAS,*  
*Quas*  
Reverendus & Clarissimus  
**DN. M. MATTHIAS**  
vom Lohse/  
ad Catharinae Pastor bene merens  
Filio suo unico  
**FRIDERICO**

*paratas cupit;*  
*Omnes omnium ordinum Cives Academicos*  
*sedulo invitatur.*



ROSTOCHII,  
Typis NICOLAI KILI, Acad. Typogr.  
Anno M DC. XLVI.





**Q**uod Claud. Claudianus Ægyptius ille præcentor, & poetarum Panegyricorum choragus de Apono fonte:

Publica morborum requies, commune medentum

Auxilium, præsens Numen, inemta salus;  
Id hodie de HORNHV SI ANO illo, neque fortassis  
abs re atque exemplo, in triviis & circulis omnibus  
prædicari audimus. Memorantur enim non pauci,  
vel viri principes, quos salubritas aquæ istius valetudini  
restituerit. Verum enim vero Reverendi Clari-  
ssimiq; Viri D.N. M. MATHILÆ vom Löhe  
filius unicus, et si aquas illas non ita pridem pro medi-  
cina coram uteretur, bona spe fretus fore, ut valetudo  
in melius eat, tantum tamen absuit, ut malum ex quo  
indignissimos sæpe cruciatuſ patiebatur, quicquame-  
mendaretur, ut potius magis magisque vires attere-  
rentur. Ægrè igitur domum reversus corpusculum  
suum caſſarium per aliquot hebdomadas quidem cir-  
cumulit, donec V. Eid. Octobr. tam longam, tam  
iniquam valetudinem cum morte beatissima mutavit.  
Quæ ad natales Defuncti, studia, vitam ac mores per-  
tinent, eo quo nos ordine ac ſtilo descripta accepi-  
mus, publice ſimiliter exhibemus. Ea ſe ita habent:

Natus hic piè defunctus puer Anno 1632. 22. Octobris, horâ decimâ vespertinâ. Patrem habuit Reverendum, Clariss. & Doctissimum Dn. M. Matthiâ vom Lohé / Ecclesiæ Cathar. hîc in patria Pastorem. Matrem Elisabetam Holzowen. Quorum parentum prima cura fuit, ut per lavacrum regenerationis ex filio iræ fieret filius gratiæ, & in fœdus gratiæ reciparetur. Avus paternus fuit vir integerrimus & spectatissimus Matthias vom Lohé / qui derelictis omnibus bonis hujus mundi paternis & maternis ob gravissimas puræ Religionis persecutiones, quibus patria terra valde premebatur, ad hæc maritima Oceani Balthici loca sese conferre coactus, & postquam hanc urbem ingressus, non solùm propter singulares animi dotes & linguae Romanæ cognitionem, sed & in primis, quod superna quærens terrena reliquisset, à viris admodum Reverendis, Clariss. Dn. D. Chyträo, D. Joh. Fridero, D. Jacobo Bordingio, & aliis de Academia hac præclarè meritis, perditè adamatus fuit; quippe qui illi extiterunt svasores, ut in semel agnitâ veritate persisteret, & Sodoma papalia atq; ollas Ægyptiacas, regimen & dignitatem papalem in nullo pretio haberet. Imò quia apud Sereniss. ac potentiss. Sveciæ Regem Carolum propter variæ

ria servitia maritima præsertim in bello Livo-  
niæ in magna æstimatione esset, à Regia Maje-  
state singulari vectigalis privilegio in Regno do-  
natus fuit.

Aviam paternam habuit Annam **Vineken**/  
muliebrium virtutum exemplar evidentissi-  
mum.

Proavus paternus ei fuit Johannes **vom Lo-**  
**he**/ Vir Strenuus & Nobilis in ducatu Clivio-  
rum in **Schnappenbaum vnd Sturkin** penes  
**Goch** & **Wese** hæreditarium; proavia paterna  
Anna **Crusin** / ex florentissima ejus ducatus  
& nobilissima Crusiorum nota prosapia,

Avus maternus Paschasius **Kolzow**/ civis  
hujus urbis primarius, qui ex benè nota & pri-  
maria Kolzowiorum familia prodiit.

Aviam maternam agnovit Ursulam **Dre-**  
**wes**/ quæ ex vetustis **der Drewesen**/ **Schmiden**/  
**Kronen**/ &c. familiis originem traxit.

Proavus maternus exstitit Cosmus **Kol-**  
**zow**/ Vir dum in viviserat, inter cives hujus ur-  
bis non postremus. Proavia materna Anna  
Rademin matrona optima & honestissima.  
Ex hisce modò nominatis parentibus & præ-  
claris majoribus hic piè defunctus puer natus.  
Ex quibus virtutis nec nulla nec obscura semi-

na acccepit, & maturis indiciis indolis ac ingenii bonitatem prodidit. Èa causâ moti parentes nihil in se desiderari passi, quod ad hunc filium curandum ac promovendum faceret, præceptores illi à teneris præfecerunt, qui in hoc tenerrimo corpore pietatem, virtutem, eruditionem excitarent, atq; confirmarent: quod D E O dante non infeliciter successit, siquidem magno desiderio pietatis exercitium, & literarum studia gnaviter tractavit. Biblia ipsi curæ erant, ex quibus, dum adhuc firmus erat, horis matutinis & vespertinis certa prælegit capita: noverat contenta dimidiatae Geneseos & corpus doctrinæ perfectissimè, & non nulla alia. Quemadmodum verò D E U S pios suos præ impiis affligere consuevit; sic & ante annum molestissimo quadam morbo, phthisi & hanc comitantibus, corpus tenellum pueri hujus bonæ spei affecit, quo per totam hyemem atq; æstatem acriter laboravit. Advocati sunt Medici: sed desperabant illi de salute pueri, non tamen operam, quam præstitisse poterant, dengantes. Quid tum? Aperiebatur fons saluberimus Hornhusii, confluebant huc multi sanandi & accedebant peregrè fontis cupidi. Quare & Reverendus Pater M. Matthias vom Lohé / venit cum.

cum filio ad fontem Hornhusianum, vidit, usus  
est puer, sed non victus est morbus. Nam ecce,  
in itinere adeò ægrotare cæpit piè denatus puer,  
ut videretur morti vicinissimus. Exhaustis quam  
plurimis in proficiscendo molestiis rediit do-  
mum, recepit se ad studia consueta sicut & die  
proximè præcedente funera exercitium ad imi-  
tationem verborum Comænii à præceptore  
suo sibi tradi rogavit. At DEO prorsus displice-  
bat puerum hunc

*Vitali vescier aurâ;*

placebat

*Suh pedibusq; videre polos Tartaramundi.*  
Hinc patre absente & necessariis de causis profe-  
cto Dominicâ X X. post Trinit. circa decimam  
vespertinam piè & placidè diem suum obivit,  
cum annos XI V. confecisset. Dicebat ipse emo-  
riens mortem suam instare: aderat mater, & alii  
quam consolabatur, ne contristaretur de obitu  
filii sibi haçtenus dilecti, sacræ preces prælege-  
bantur ipsi, ad quas suspirabat, tandemq; astan-  
tibus, matre, aviâ maternâ, atq; aliis, emigrabat.  
Faxit DEUS, Rex mortis, corpus terræ man-  
dandum cum anima beata gloriose uniatur in  
extremo dia& fruatur vitâ æternâ.

*Vos,*

Vos, Cives Academic, facile cogitabitis, quantum  
animo vulnus acceperint. Defuncti bujus Parentes, qui  
creditis, nullum esse funus acerbum magis quam quod  
parens sequitur. Mementote igitur pro virili adhibere  
solatum, quod facere in proclivi est. Ad deductionem,  
inquam, funeris horâ prima pomeridianâ, in Æde Pe-  
trina, frequentes hodie compareatis. Id quod sedu-  
lo vos rogamus. P. P. Rostochii XVII. CAL.

NOVEMB. AN. CL IOc XLVI.











Universitäts  
Bibliothek  
Rostock


[http://purl.uni-rostock.de  
/rosdok/ppn770976468/phys\\_0016](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn770976468/phys_0016)

DFG

cum filio ad fontem Hornhusia  
est puer, sed non victus est mo-  
in itinere adeò ægrotare cæpit  
ut videretur morti vicinissimus  
plurimis in proficiscendo mo-  
num, recepit se ad studia co-  
proximè præcedente funera ex-  
tationem verborum Comæni  
suo sibi tradi rogavit. At D E O  
bat puerum hunc

*Vitali vescier aurâ;  
placebat*

*Sub pedibusq; videre polos*  
**Hinc** patre absente & necessari-  
etio Dominicâ X X. post Trin-  
vespertinam piè & placidè di-  
cum annos XI V. confecisset. L  
riens mortem suam instare: ad  
quam consolabatur, ne contri-  
filii sibi hactenus dilecti, sacra-  
bantur ipsi, ad quas suspirabat  
tibus, matre, aviâ maternâ, atq;  
Faxit D E U S, Rex mortis, co-  
dandum cum anima beata glo-  
extremo dia& fruatur vitâ æte-



t, usus  
m ecce,  
us puer,  
s quam  
luit do-  
it & die  
ad imi-  
ceptore  
isplice-

nundi.  
s profe-  
cimam  
obivit,  
e emo-  
, & alii  
e obitu  
rælege-  
; astan-  
grabat.  
æ man-  
atur in

*Vos,*